Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

In Fvnere Nobilissimae Matronae, Annae Kortholtae, Natae Kirchhofiae, Viri Magnifici Christiani Kortholti, Theol. Qvondam Prof. Primar. ... Vidvae, Die XXIIX. Ian. MDCCXIII. Placide Defvnctae ... Epicedia Professorvm Academiae Kiloniensis

Kiloni[i]: Typis Bartholdi Revtheri, MDCCXIII.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733546499

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1733546499/phys_0001
DFG

enth. 32 Stücke

I Z II
1899 / 500
-40

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733546499/phys_0002
Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
DFG

IN FVNERE
NOBILISSIMAE MATRONAE,
ANNAE KORTHOLTAE,
NATAE **KIRCHHOFIAE,**
VIRI MAGNIFICI
CHRISTIANI KORTHOLTI,
THEOL. QVONDAM PROF. PRIMAR. ET
ACADEMIAE KILONIENSIS
PRO-CANCELLARII,
VIDVAE,
DIE XXIIX. IAN. CIϽ IϽCCXIII. *PLACIDE DEFVNCTAE,*
ET
DIE I. FEBR. MONVMENTO SVO BORSHOLMENSI ILLATAE
EPICEDIA
PROFESSORVM ACADEMIAE KILONIENSIS.

KILONI,
Typis BARTHOLDI REVTHERI, Acad. Typogr.
ANNO CIϽIϽCCXIII.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733546499/phys_0003
DFG

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1733546499/phys_0004
DFG

Auf der ſeeligſtverſtorbenen hintritt
Zweyſtändiges neuartiges Sonnet:

INdem jetzund der plagen ganze ſchaar
Den abgrund bricht und zu uns kömt geſtiegen/
Daß furcht und angſt als Bremſen um uns fliegē
So ſchließeſt du der müden augen paar
Geehrte Frau! das vor ſo munter war/
Und wilſt im ſchoos der erden ſicher liegen.
O ſchöne wahl! wenn dort die todtenglocke ſummt/
Die PEST und gift an haarnen ſtrikken ziehen/
Und dar das Erz der DONNERSTUKKE brumt
Daß pferd und mann mit vollen hauffen fliehen/
Und dort von fern der ſchwarze HUNGER droht/
Liegſt du entnommen aller noth
In Jeſus armen in gewünſchter ruh /
Und ſiehſt mit luſt dem erdgetümmel zu.

Wir aber die in unſern ketten gehn
Den matten fuß in harte feſſel ſchmiegen
Und laſſen nur vergebne wünſche fliegen/
In gleicher zier und ſicherheit zu ſtehn/
Weil um uns ſtets die unglückswinde wehn/
Wie können wir den herben ſchmerz beſiegen?
Daß unſer geiſt den athem könne ziehen
Der ſtark genug/ von deinem ruhm zu ſingen/
Daß er wie ſonſten/ der verweſung mög' entfliehen/
Und ſich zum Chor der göldnen ſterne ſchwingen?
So nimm denn bloß von unſrem treuen ſinn
Diß ſchön' und wahre zeugniß hin :
Du trifſt mit recht des groſſen Kortholtz bahn/
Denn was er hat gelehrt/ haſt du gethan.

Hiermit wolte ſein herzliches beyleid ſeinem hochgeehrten Hn. Collegen über den tödlichen abſchied ſeiner wehrteſten Fr. Mutter mit fliegender feder bezeugen

G. C. Schellhammer/ D. & Prof. Med. Prim. der zeit Acad. Pro-Rector.

Ad Filium Mœſtiſſimum,

SEBASTIANUM KORTHOLTIUM,

Collegam Amicumque ſuum optimum.

DUm tumulum charæ feſtinatumque parentis
Exceſſum haud temere, culte Poeta, doles;
Ingratosq; inter gemitus multasq; querelas,
KORTHOLTI, exanimem quo decet ore vocas.
Ipſa mihi Tecum viſa eſt lugere Thalia,
Et gemere ad triſtes moeſtus Apollo rogos;
Nec tantum violas cineri ſvavesque corollas
Ponere, honoratas munus ad inferias;
Sed, ſimul ut claris ſtudium teſtetur alumnis,
Sic pia compoſitis cædere buſta notis:
Heic jacet illa ſuis felix KORTHOLTIA natis,
Per qvos æternas vivet Olympiadas.
Nec minus hinc poſthac, quam quondam ex Con-
juge, nomen
Scilicet à grata poſteritate feret.

In maximis calculi cruciatibus
teſtando amori deproperab.
MUHLIUS, D.
Academiæ Procancellarius.

WEnn nach der Sonnen-Gluth auch ſelbſt der Mondt ent-
Der ſonſt das Licht zurück getrieben/ (weicht/
So ſagt mir/ was doch übrig blieben?
Ein ſchwartzer Dampff/ der Nacht und Schatten reicht.
Des groſſen KORTHOLTS edles Licht
Sanck in die Nacht/ und ließ den Seinen
Im Gegenſtrahl noch Glantz erſcheinen/
Biß jetzt der Mondten-Schein gebricht.
Die edle KORTHOLTIN wird auch dahin geriſſen.
Was bleibet den? der Nächte Finſterniſſen.
Doch nein! es kan dieß Licht nicht untergehn.
Der Sterne erſter gröſſe Schimmer
Verliehrt ſein edles Feuer nimmer/
Und läſt vielmehr die Flammen ſehn.
Die abgeſchiedne Seel ſcheint in den obren Kraiſen/
Wo GOTT die Seraphim und fromme Seelen preiſen.

Zu bezeugung ſeines ſchuldigen Beileids gegen die Hochbetrübte
Leidtragende *Familie*
ſchriebs
ALBERTUS zum FELDE/ Prof. Theol. & V. D. M.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733546499/phys_0006
DFG

CENOTAPHIUM.

* *
*

IN hac tumba
recondita ſunt oſſa
Matronæ piæ, optimæ
ANNÆ KIRCHHOFFIÆ,
Summi quondam Theologi
& UNIVERSITATIS KILONIENSIS Pro-Cancellarii,
DN. CHRISTIANI KORTHOLTI,
Uxoris dilectiſſimæ;
quæ
decies peperit, filios quinque, totidemque natas,
& ex his duodecim nepotes vidit.
Marito, dum vixit, obſequentiſſimam ſe præſtitit,
rem familiarem bene curavit,
liberos ſincere amavit & probe educavit,
quos etiam magni Patris veſtigia premere,
lætans conſpexit.
Mores antiquos virtutemque ſine fuco coluit,
& nihil unquam,
quo ſe Deo, ſuis ac proximo probari poſſe ſcivit,
per malitiam intermiſit.
*
Poſtquam An. MDCXCIV. d. XI. Apr. deceſſerat maritus,
ipſa quoque ſtatim valedicere mundo,
& virum preſſo ſuper æthera pede ſequi decrevit,
ſed,
precibus ſuorum aliquam dare moram,
debuit, voluit,
ne voto mariti videretur adverſari pio,
qui
liberorum in ſuo funere luctum,
ob matrem ſuperſtitem,
moderatum magis fore credidit.
*
Tandem vero,
iſto vulnere obducto,
Confirmatisque dudum natis,
rebusque familiæ diligenter compoſitis,
ante aliquot dies
ad notiſſimum Urbis progreditur templum,
ut, quid ſibi in futurum opus eſſet, proſpiceret
& ſecum conſtitueret.
Nec longa fuit deliberatio in fœmina,
quæ vitæ rationes jam dudum computaverat,
quæque
turbulentis hisce temporibus,
ubi & repens hominibus inſidiatur peſtis
& Mars gradivus ultima minatur mala,

nihil

nihil in hac regione tutum
nihil ſanum deprehenderat.

*

Lubens igitur menteque gaudens
oblatam ſibi a Numine, Ter Optimo
opportunam maxime moriendi conditionem.
acceptavit & probavit.
Ex templo ad lectum, ex lecto ad lethum.
citatis contendit paſſibus,
terroremque mortis,
hominibus alias familiarem;
Mars, majus morte malum, excuſſit
pietasque removit,
præſertim
cum fide niteretur certiſſima,
ſe non interire, ſed per obitum ad æternam felicitatem tranſire.

*

Sic placide in Domino obdormivit.
d. XXIIX. Januar. MDCCXIII.
poſtquam vixerat
LXVI. annos, XI. menſes, I. diem.

*

Anima cœlo reddita,
corporis exuviæ huic illatæ ſunt tumulo
die II. Februarii
ibique quieſcunt,
donec dies noviſſima exorietur;
quam & illi & omnibus probis lætiſſimam
exoptamus.

Hæc te ſcire, Lector, volui,
Vale.

Lubens meritoque fecit
FRANC. ERNEST VOGT.
Inſtit. & Prax. Jur. Prof. Ord.

OCcidit ah! juſtus non advertentibus ullis,
Et ſancti pereunt quoque non curantibus ullis.
Eripitur juſtusque malis, ſanctusque periclis.
Vitaque quos laudat ſine labe & puriter acta,
Pacatâ demum ſine fine quiete fruuntur.
Et velut in camera placido dant corpora ſomno.
Juſtitiæque tenax merito, KORTHOLTA, vocaris;
Sed quoque jure potes pia ſanctaque femina dici,
Quam Deus eripuit peſtis bellique periclis,
Pravis haud damnum ſatis attendentibus ingens.
Sed quoniam fuit acta tibi ſine crimine vita,
Optatâ felix frueris poſt fata quiete,
Et velut in camera placido das corpora ſomno.

NICOLAUS MÖLLERUS,
Hiſt. Eccl. & Antiq. S. Prof. Ord.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733546499/phys_0008
DFG

EPITAPH.

HOSPES. QVOD. DICO. PAVLLVM. EST.
SED. MEMORABILE. ADSTA.
LEGE.
HIC. EST. SITA. MATRONA. NOBILISSIMA.
VIDVA. PROBATISSIMA.
RARAE. FEMINA. VIRTVTIS.
MIRAE. CASTITATIS.
IN. DEVM. PIETATIS. EXIMIAE.
IN. HOMINES. AFFLICTOS. BENIGNITATIS.
SINGVLARIS.
IMAGO. SVIS. EXEMPLVM. RELIQVIS.
NOMEN. PARENTES. INDIDERVNT.
MAGNORVM. AMORVM.

ANNAE.

NATAE. KIRCHHOFIAE.
GENIALIS. MARITVS. THEOLOGVS.
IMMORTALIVM. MERITORVM.
COGNOMEN. ADDIDIT.

KORTHOLTAE.

CVM. HOC. VIXIT.
IPSOS. XXX. ANNOS. SINE. MACVLA. SINE.
OFFENSA. SINE. VLLA. QVERELA.
LIBEROS. X. CREAVIT.
HORVM. II. FILIVM. ET. FILIAM.
SVB. TERRA. LOCAVIT.
VIII. FILIOS. IV. TOTIDEMQ. FILIAS.
IN. TERRA. LIQVIT.
GNATORVM. PRIMVS. HENR. CHRISTIANVS.
MEDENDI. PERITIA. INCLITVS. INTER.
EXTEROS. VERSATVR.
ALTER. MATTH. NICOLAVS. GISSAE.
TERTIVS. SEBASTIANVS. KILONII.
ARTES. DOCENT. AC. SAPIENTIAM.
QVARTVS. IOEL. IOHANNES. IVRI. DICVNDO.
PARAT. VITAM.
GNATARVM. NATV. MAXIMA. ANNA.
LINDEMANNO. MYSTAE. ROSTOCHIENSI.

ALTERA.

ALTERA. AVGVSTA. CATHARINA. PASCHIO.
THEOLOGO. KILONIENSI. VXORES.
CESSERVNT.
TERTIA. SOPHIA. MARGARETA. ET.
QVARTA. MARIA. CHRISTINA.
VIRGINES. INNOCENTIA. LAVDATISS.
ORBAE. VTROQ. PARENTE. MOERENT.
DIVAE. GENITRICIS. OBITVM. LVGENT. OMNES.
CERTATIM. COLLACHRIMANTES.
CONIVGEM. MATER. AD. SVPEROS. PRAEMISIT.
NVLLI. POSTEA. CONIVGATA. NISI.
SPONSO. CHRISTO.
PRAEMISIT. ET. LIBEROS. II. NEPOTES. VI.
GENEROS. RVRSVM. II.
IPSA. A. D. XXVIII. IAN. ANNO. cIↄ Iↄccxiii.
SECVTA. ANNOS. NATA. FERE. LXVII.
MEDIAS. INTER. BELLI. TVRBAS. INVIDENDA.
NON. COELO. SED. SVIS. SORTE. SECESSIT.
TANTA. MATRONA. IN. HOC. IACET.
CAPVLO. QVEM. SIBI. IPSA. FECIT. ANTE. ANNVM.
MEMOR. HVMANAE. FRAGILITATIS.
DIVINAE. CVPIDA. BEATITATIS.
ANIMA. COELO. RECEPTA. EST. ATQ.
TRIVMFAT.
SIC. FVIT. IN. FATIS.
VT. CALAMITATES. HVIC. PROVINCIAE.
IMMINENTES. VIDERET.
NON. SENTIRET. INCVBANTES.

HAEC. REVERERE. LECTOR.
COGITA.
PIOS. PIASQ. SVBTRAHI. A. DEO.
INSTANTIBVS. MALIS. CAETERI.
VT EXPAVESCANT.
EXPAVESCE. ERGO. ET.
ABI.

Antiquo ritu affectuque poſ.
ANDR. LVD. KOENIGSMANN.
PROF. PHILOS. P.

LBMV Schwerin
000 314 889
33

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1733546499/phys_0011
DFG

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733546499/phys_0012
DFG

NEQVE T ... SSENIA
AB INGEN ... NDIAM,
AVT AB ART ... IS INSIGNE;
QVIN POTIVS A ... DESIDERIVM,
ET A DOLOR ... T FLETVS.
QV ...
EXIGVVM HOC MAGNI AM ... DOLORIS MONVMENTVM
MAESTI ... OSVIT

SEBASTIANV ... RTHOLTVS,

PHIL. MOR. ... EOS PROF.
CVI ACER ... OLORES
OMNI AQ ... ALIA,
ET IC ... TICO
PLANE ... XERE,
EX QVO IDEM CVM ... ATVM EXPERTVS,
NON SOLVM ANNAM C ... I SIBI VITA CARIOREM,
SED ETIAM FLENSB ... AM DEFVNCTAE,
ANNAM GVDIAM, MA ... CO SIBI DILECTAM,
KILONII ET IPSAM MATR ... M OPTIMAM ANNAM,
ROSTOCHII ... ANNAM,
LINDEMANNAE SORORIS SV ... M VNICAM ET NVBILEM,
IDEOQVE TRIBVS AN ... DVM CIRCVMACTIS,
QVATVOR ... AMISIT,
FVNERAQVE FV ... CVMVLATA
ET LACRIMIS SVIS ET ... PROSEQVVTVS EST.
ABI ...
ET HOC NIMIAE FRAGILIT ... MANAE EXEMPLO DISCE,
VITAM NOSTRA ... VISSIMO FILO,
ET E MOMENTO PE ... AETERNITATEM.
DISCE, VEL SECVNDIS ... ORTVNAM VERERI,
QVVM CERTA MORTIS ... HIL SIT INCERTIVS.
PROINDE TOTA VITA ... DITATIO SIT MORTIS,
VT IN ... RE
NON TAM VI ... M MORTE,
QVAM MO ... VM VITA
CO ...

UB Rostock 051400

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733546499/phys_0013
DFG